



Forum Beneficiale, Sive Quæstiones & Responsa Canonica

Materiam De Beneficiis Universam Ex Beneficialistarum tam antiquorum, quàm recentiorum placitis complectentia. Opus methodo novâ, & clarâ in tres digestum Partes ... accuratè, ac copiosè instructae

De Beneficiorum Ecclesiasticorum Natvra, Ereptione, Qvalitatibvs Ad Ea Obtinenda Requisitis ...

Leuren, Peter

Coloniæ Agrippinæ, 1704

391. Quid si temerè recessit, scitúrque locus, in quo moratur, neque ipse latitat, vel impedit accessum ad se.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-74477](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-74477)

elefia, etiamſi pro tunc non indigeat, quia poteſt egere ſaltem quo ad ornamenta. *Garc. n. 31.* citans clarã deſuper S. Congregationis declarationem.

12. Notandum octavò: quòd etſi dicta pœna extendantur ad omnes habentes beneficium aliquod curam animarum habens, adeò que ad ipſos etiam Coadjutores, & Vicarios perpetuos, non tamen pertinent ad Abbates ad Priores habentes curam animarum ſuorum religioſorum, ſed ad ſolos habentes curam animarum ſecularium per ipſos inſerunt adminiſtrandam; de tali enim cura loquitur Concilium, ut reſpondit etiam S. Congreg. regulares autem in adminiſtratione ſuorum regularium relinquit ſuis ſtatutis, & ſuperiorum regularium ordinationibus. *Leſſ. loc. cit. n. 161.* Addit *Engels de cler. non reſid. n. 5.* pœnas illas circa ammiſſionem fructuum in Abbatibus non reſidentibus propterea locum habere non poſſe, quia illi propter votum religioſa paupertatis proprios redditus non habent, ſed omnia monaſterio acquirunt, quòd ex Abbatis culpa damnificari non debet juxta *c. delictum, de reg. juris, in 6. & c. ſi Episcopum, 16. q. 6.* unde per alia media Eccleſiaſtica contra contumaces debere procedi.

13. Notandum nonò: quòd dum Concilium dicit, dictas pœnas contra Parochos non reſidentes privilegio, licentiã, ſtatuto, conſuetudine immemoriali, aut etiam appellacione, aut inhibitione ſuſpendi non poſſe, plures apud *Garc. loc. cit. n. 161.* tenere, generaliter id accipiendum eſſe contra abſentes ſive obediẽtes, ſive contumaces; neque tamen etiam Concilium ibi tollere appellacionem devolutivam, ſed ſolum ſuſpenſivam tenet *Garc. ibid. n. 162.* reſtans, ſic ſæpe cenſuiſſe S. Congregationem.

14. Notandum decimò, poſſe ſic Episcopum compellere quoque Rectores parochialium, etſi earum collatio pertineat ad inferiores collatores, ut habet S. Congregationis declaratio ſuper *cit. c. 1. ſeſſ. 23.*

15. Notandum denique circa ordinem procedendi ad privationem contra non reſidentem, quòd licet privatus ob non reſidentiam deſtituatur omni jure & poſſeſſione, nec per appellacionem ſuſpendatur exercitio juxta *c. relatum, & c. conquirente, de cler. non reſid.* & diſpoſitionem Trident. *cit. c. 1. ſeſſ. 25.* & conſtitutionem Pii V. *67. Lott. cit. q. 27. n. 75.* id tamen intelligi, ſi juris ordine ſervato proceſſum fuerit, alias enim ſententia erit nulla, poteſtque pro parte illius, contra quem eſt lata, inſtari pro manutentione in poſſeſſione. *Lott. n. 76.* citans *decis. 1346. Seraph. per totam.* Hinc jam pro contingentiã variorum caſuum.

Quæſtio 390. An dum abſentia à principio fuit juſta, quia nimirum ex juſta cauſa, & cum licentiã Superioris conſeſſa ad certum tempus, quòd jam elapſum eſt (in quo caſu, quòd non revertitur infra tempus, reputari eum deſertorem beneficii, & cenſeri illum vagari, ait Lott. n. 77. citans Bellamer. & jus civile) requiratur monitio anrequam ſpolietur, & beneficium conferatur alteri?

1. **R**eſpondet primò *Gl. in c. quoniam frequenter* affirmative Reſpondet ſecundò *Jo. And. in*

idem c. nu. 52. ſub diſtinctione, nimirum opus non eſſe monitione, ſi in ipſa licentiã conſeſſa inſerta fuit monitio: ſi autem inſerta non fuit, opus eſſe monitione, aut citatione. *Lotterius num. 79.* ait quòd ipſe in praxi non recederet à dicta diſtinctione, etſi in puncto juris veriore cenſeat ſententiam illam antiquorum apud eundem *Jo. And. loc. cit.* quæ dicit, debere moneri, vel exſpectari per ſex meſes, ita ut elapſis iſtis meſibus ultra tempus licentiã abſque ulla monitione procedi poſſit ad privationem, eò quòd cum nullus canon exiſtet, qui hanc neceſſitatem monendi expreſſe imponat, ſubintret diſpoſitio juris civilis, à quò hoc determinatum eſt, ut effluxio ſex meſium à die elapſi temporis conſeſſi per ſe ſola ſufficiat, ut miles qui comæatum obtinuit tanquam deſertor, etiamſi poſtea revertatur, habeatur & loco moveatur ſuo: quamvis ſi reverſus probaverit juſtum impedimentum redintegretur. *l. deſertorem. ff. de re milit. quòd ipſum in noſtra materia diſpoſuerunt Canones, ut c. præſentium 7. q. 1. Lott. n. 80. & ſeq.*

Quæſtio 391. Quid ſi temerè reſceſſit, ſciaturque locus in quo moratur, neque ipſe latitat, vel impedit acceſſum ad ſuam perſonam?

Reſpondeo: debet legitimè moneri, ut ad ſuam Eccleſiam revertatur intra tempus conveniens juxta locorum diſtantiã & temporis qualitatẽ, arbitrio Episcopii præſigendum: & ſi intra illud non redierit, vel cauſam juſtam, quò minus redierit, non oſtenderit (quin & reſidentiam continuãrit; non enim per ſimplicem reditum videtur ſatisfactum monitioni, aut contumacia purgata, etiamſi fuerit reſidentia continuata *Lott. l. 3. q. 27. num. 91.* dicens ſic docere omnes, ac præcipuè *Jo. And. ad c. ex parte*) poterit poſtmodum Eccleſia privari, ut eſt caſus in *c. inter quatuor, & c. ult. de cler. non reſid. Lott. n. 83.* ita ut opus adhuc ſit tali monitione, etiamſi abſentia non ſit notoria, niſi ipſi ſuperiori præſentiam exigenti. *Lott. num. 85.* quantumcunque diuturna fuerit abſentia juxta *c. ex parte & Gl. 16. v. decem annorum. Lott. num. 86.* Non tamen requiritur monitio, uti nec privatio ſolennis, & judicialis, ſed ſufficit, quòd de facto moneatur, & de facto ſpolietur. *Lott. num. 84.* citans *Abb. in c. ex parte. & c. qualiter de Cler. non reſid. Felin. in c. 2. de reſcript. & c.* ita ut poſt relatam dictam monitionem perſonaliter executam, & lapſum temporis in ea conſtitutũ non ſit neceſſe aliud tempus exſpectare; ſed illicò poſſit procedi ad privationem, mediante promotione alterius. *Lott. num. 82.* citans *Gl. ad c. quoniam frequenter. Mantica. decis. 67. n. 5. & c.* tenetque hoc ipſum, etiamſi aliter conſtet monitionem ad ejus noticiã deveniſſe. *Lott. n. 90.*

Quæſtio 392. Quid ſi ſciatur locus, ſed ipſe abſens impediatur, ne perſonaliter moneatur?

Reſpondeo: tunc probato, hujusmodi impedimento, debet citari per editum, eãque citatio operabitur eum effectum, quem citatio perſonalis juxta *c. quoniam frequenter. Lott. n. 92.* ita ut non ſit opus citationem illam iterare, aut exſpectare alium lapſum temporis *Lott. n. 93.* citans *Abb. in c. ex tue. n. 12.* Porò impedimentum illud probari poterit, vel per formalem relationem execu-

toris